



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem& perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Circa usum aliarum virtutum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54750](#)

& lucta resistere debeant, sed tales, quas instar muscarum aut pulicum mordentium, sine magno conatu abigant.

*Circa usum aliarum virtutum.*

**A**N occasiones virtutum exercendarum vi officii, vocationis in hac, illa occasione, conversatione negligat, quâ facilitate vel difficultate, intensione vel remissione, obiter vel bene præmeditatè eliciat actus fidei, spei, charitatis, religionis erga Deum, patientiæ, mansuetudinis, humilitatis, modestiæ, misericordiæ corporalis & spiritualis, & an actiones exteriores iisdem conformes amet & exerceat, an ex consuetudine tantùm hæc illa fiant sinè debita mentis recollectione, aut pura intentione, an habitus paulatim hujus illius virtutis acquisitus sit, qui exercitium ejusdem faciliter, sicut nullam artem, ità nullam virtutem propriè possidet, qui ejus habitum per actus frequentatos non habet.

Ad quæstionem, quarum virtutum studio sit maximè deditus, consideretur I. An earum, quibus maximè eger, quales sunt, quæ oppositæ consuetudini, inclinationi naturali, tentationi vehementi aut frequenti, passioni prædominanti maximè contrariantur; sic à natura superbus actibus humilitatis, biliolus actibus mansuetudinis, patientiæ, &c. maximè indiget. 2. An illarum virtutum studio sit maximè deditus, quibus ab ingenita naturæ indole

*vide-*

videtur esse propinquior. Evidem hoc cul-  
pandum non est, sed ut §. 13. n. 8. monui, ma-  
gna hic s̄ep̄e intercurrit deceptio, & virtus esse  
putatur, quod est vitium, vel saltem actus me-  
rē naturalis omni æternā destitutus mercede. 3.  
Demum quæ media, & quo fructu huic illi vir-  
tuti acquirendæ sint adhibita.

## PUNCTUM TERTIUM

*Circa passiones, perturbationes, tentatio-  
nes, affectiones.*

**I**N hac materia non oportet esse rudem, & ex-  
tuis ad varia quæstra responsonibus Su-  
perior facilè colliget, an tyro vel Magister aut ex-  
ercitatus sis in arte ac studio Ascetico. Pro in-  
structione serviunt sequentia.

1. *Passiones* vel *motus* utriusque appetitus in-  
ferioris sic dictæ sunt, quod vi suâ pati faciant  
partem superiorem, aut nunquam sìne motio-  
ne partis inferioris excitentur. 2. *Perturbatio-  
nes* vocantur, cùm vehementiâ suâ turbant ra-  
tionem, ut non possit de honesto ritè & ex-  
equo, durante hoc æstu, judicare. 3. *Ten-  
tationes* dicuntur, quando iis se dæmon immi-  
scet. 4. *Affectus* vel *affectiones* dicuntur, quan-  
do voluntas vi tentationis aut passionis se mo-  
ventis præoccupata aut persuasa ex motu primo  
primo vel actiones eadem, vel similes appeti-  
tui inferiori elicit, sive à propensione natura-  
veniant, sive ab extrinseca occasione. Jam ad  
quæ-